introducti sunt, nempe, ut Scholas erigerent, quae usque modo nullae sunt, oeconomiam exercent et non Palestram; Ecclesiola fundamenta habet lapidea, non profunda, totum autem corpus ligneum fragile, Calices habet tres argenteos, Crucem, et Casulas, quae omnia asservantur apud unum Secularem. Distat Jassium a Husnano iter unius diei.

In sexta Parochia Galatij ad Ripam Danubij tribus diebus Jassio distanti, est Pater Ant.s Conventualis Missionarius, picturam exercet et vendit, ut et alias merces, dum erat in Crebuiciech visus est aliquando in aere: hominem non vidi, nec se ubi alij praesentavit, asserendo habere suos superiores, habet ad quinquaginta Imperiales annuos ex officinis Eccliae Galatensi pertinentibus: Ecclesia parvula, habet unum Calicem et tres Casulas.

Septimam Parochiam Hussij habet D. Joes Dyzovich Ragusinus Presbyter Secularis, a Rmo D. Epo Radinski promotus. Vir probus et honestus, et sat practicus circa ceremonias Eccliasticas, ista quia plurimi Hussenses non poterat enim subsistere, cum nullum subsidium pro vitae sustentatione habeat, et vere est, unde talibus Sacra Cong.tio de Propaganda fide deberet succurrere; Hussium distat Galatio iter duorum dierum, habet Ecclia unum Calicem, et Casulam.

Octavam et ultimam Parochiam Tatrusij exercet D. Joes Transilvanus Presbyter Secularis, promotus